

# Svatojiřské ofcium

Breviář kláštera sv. Jiř, rkp VI E 13, konec 12. stol.

## ORDO AD VISITANDUM SEPULCHRUM

Maria Magdalena et alia Maria ferebant diluculo aromata, dominum querentes in monumento.

1. *Sorores:* Quis revolvat nobis ab ostio lapidem, quem tegere sanctum cernimus sepulchrum?  
*Econtra angeli:* Quem queritis, o tremule mulieres, in hoc tumultu plorantes?  
*Sorores:* Ihesum Nazarenum crucifixum querimus.  
*Sedentes ad sepulchrum:* Non est hic, quem queritis, sed cito euntes nunciate discipulis
5. eius et Petro, quia surrexit Ihesus.  
*Item sedentes:* Venite et videte locum, ubi positus erat dominus, aevia, aevia.  
*Deinde sorores venientes ad chorum cantent:* Ad monumentum venimus gementes, angelum domini sedentem vidimus et dicentem, quia surrexit Ihesus.  
*Chorus:* Aevia, noli flere, Maria. *Ut supra.*
10. *Accedente una sorore chorus cantet:* Maria stabat ad monumentum foris plorans, dum ergo fleret, inclinavit se et prospexit in monumentum.  
*Predica soror inspecto sepulchro convertat se ad clerum et cantet:* Tulerunt dominum meum et nescio, ubi posuerunt eum.  
*Angelus:* Mulier, quid ploras? Quem queris?
15. *Soror:* Domine, si tu sustulisti eum, dicito michi, ubi posuisti eum, et ego eum tollam.  
*Chorus:* Maria!  
*Et illa inclinando:* Rabboni!  
*Et ille paululum retrocedens:* Noli me tangere, Maria, vade autem ad fratres meos et dic eis: ascendo ad patrem meum et patrem vestrum.
20. *Chorus:* Venit Maria annuncians discipulis.  
*Soror:* Quia vidi dominum et hec dixit michi.  
*Chorus:* Aevia, resurrexit dominus.  
*Post hec chorus:* Currebant duo simul.  
*Deinde duo fratres accipientes lintheamina vadunt ad gradum et cantent:*
25. Cernitis, o socii, ecce lintheamina et sudarium et corpus non est in sepulchro inventum.  
*Chorus:* Surrexit enim.  
*Qua ab ipsis percantata imponitur ymnus:* Te Deum laudamus.

1.-9. základní scéna přihrobní (rozhovor anděla s Mariemi)  
10.-19. scéna zjevení Krista Mář Magdaléně (Jan 20:11-17)  
20.-27. scéna apoštolská (Jan 20:3-10)

Maria Magdalena a druhá Maria vzaly ráno vonné masti a hledaly Pána v hrobce.

1. *Sestry:* Kdo nám odvalí ode dveř kámen, který, jak vidíme, kryje svatý hrob?  
*K nim andělé:* Koho hledáte, ó bázlivé ženy, plačící na tomto hrobě?  
*Sestry:* Hledáme Ježíše nazaretského, jenž byl ukřižován.  
*Sedící<sup>1</sup> na náhrobku:* Není zde ten, kterého hledáte, ale rychle jděte a zvěstujte jeho
5. učedníkům a Petrovi, že Ježíš vstal z mrtvých.  
*A ještě sedící:<sup>2</sup>* Pojd'te a vizte místo, kde byl položen Pán, aleluja, aleluja.  
*Poté ať sestry přicházející k hrobu zpívají:* K hrobu jsme přišly nařkající, uviděli jsme anděla Páně, který tu seděl a říkal, že Ježíš vstal z mrtvých.  
*Chorus:* Aleluja, neplač, Maria. *Tak jako výše.*
10. *Zatímco přichází jedna sestra, ať zpívá chór:* Maria stála u dveř hrobky a plakala. Zatímco tedy plakala, naklonila se a pohlédla do hrobky.  
*Zmíněná sestra si prohlédne hrobku, nechť se pak otočí ke kléru a zpívá:* Odnesli mého Pána a nevím, kam jej uložili.  
*Anděl:<sup>3</sup>* Ženo, proč pláčeš? Koho hledáš?
15. *Sestra:* Pane, jestliže ty jsi jej vzal, řekni mi, kam si ho uložil, abych i já ho vzala.  
*Chór:<sup>4</sup>* Maria!  
*A ona s úklonou:* Rabi!  
*Onen<sup>5</sup> maličko ustupující dozadu:* Nedotýkej se mne, Maria, jdi k mým bratrům a řekni jim: vystupuji k mému otci a vašemu otci.
20. *Chór:* Přišla Maria a zvěstovala učedníkům.  
*Sestra:* Viděla jsem Pána a toto mi řekl.  
*Chór:* Aleluja, Pán vstal z mrtvých.  
*Poté chór:* Běželi dva spolu.  
*Potom dva bratři ať vezmou roušky, jdou ke hrobu a zpívají:*
25. *Pohled'e, ó druhové, ejhle plátna a rouška. Tělo však v hrobě nebylo nalezeno.*  
*Chór:* Vstal z mrtvých.  
*Když toto přezpívají, následuje hymnus:* Tebe Bože chválíme.

<sup>1</sup> andělé

<sup>2</sup> andělé

<sup>3</sup> Kristův part

<sup>4</sup> Kristův part

<sup>5</sup> "onen" – t.j. Kristus